Schradera

scandens Schradera foliis ternatis ovatis dentatis Willdenow in Gmel. Journ.
der Naturw. 1. pag. 3. tab. 2.
Habitat in Guinea ♄

~~punctatum~~ pulverulentum Croton. foliis lanceolatis integerrimis subtus incanis, nitidis punctatis
Capsulis furfuraceis Lour. fl. Coch. pag. 581.
Habitat in Cochinchina
Arbor mediocris. racemi terminales.

non vidi

pendula, scandentem tamen etiam vidi, sex vel octopedalis, apicem versus tantum modo ramosus.

Flores terminales, conglomerati, septem ad viginti quatuor in capitulo, pentandri vel hexandri interdum in eadem planta, interdum in distincta.

Bacca unilocularis, polysperma, intra calycem urceolatum, inflatum, persistentem

Semina plurima, minuta

Crescit in altis montibus ~~montferra~~ insula Montferrat.

Planta junior et infloriferа gaudet foliis amplis lanceolato-oblongis

Hederæ modo parasitica radicans. Semina nidulantia in carne. Fructus in rubiaceis baccatis semper bilocularis Richard

Schradera

36

Character Essentialis Calyx margo superus, integerrimus. Corolla quinque vel sexfida. Stigmata duo. Bacca unilocularis, polysperma

Schradera capitata

Hanc, uti quamplurimas plantas insulæ Montserratensis ante plurimos annos primus detexit Ryan inque Europam misit.

Rami tetragoni, glabri, cortice cinereo, apice fusci, articulati: articuli bipollicares.

Fructus involucrata floribus involucratis

Sw. prodr. pag. 62.

Folia petiolata opposita, patentia, tri- vel quadripollicaria, elliptica, integerrima, apice obtusa, basi parum acutiora, subcoriacea, utrinque glaberrima, avenia obscure nervosa.

Petioli pollicares, fuscescentes, Stipula nulla.

Pedunculus terminalis, solitarius, compressus; sursum parum latior, bipollicaris. Bracteæ duæ ~~utrinque ad basin pedunculi~~ membranaceæ, pollicares, oblongæ, obtusæ pedunculi basin laxe vaginantes. Flores plures, receptaculo carnoso innati, ~~basi involucro cum recept~~ basi involucrati. Involucrum cum receptaculo connatum, margine liberum, lobatum.

Calyx margo superus, integerrimus, basin corollæ arcte cingens.

Corolla ~~subcarnosa~~ crassa ~~crassa~~, monopetala. Tubus unguicularis, sursum versus sensim latior: intus inferne glaber, superne hirsutus. Limbus quinque- vel sexpartitus. Laciniae carnosae, lanceolatae, parum reflexae, supra versus faucem planae, antice triangulares e lateribus compressis, carinatae, ~~carina~~ denticulus carnosus triangularis ad basin carinae; subtus planae.

Stamina. Filamenta vix ulla. Antherae quinque vel sex, lineares; inter lacinias limbi, erecti, ~~ultra tubum~~ limbo ~~duplo~~ triplo breviores.

Pistillum. Germen inferum, basi tetragonum, lateribus parum impressis, angulis acutis. Stylus unicus, tubo corollae brevior. Stigmata duo, crassa, oblonga.

Pericarpium. ~~Bacca~~ ~~unilocularis, polysperma~~ Bacca unilocularis, polysperma

Quod plane recedit, tam a Charactere generis Fuchsiae Plumieri et Jussiaei, uti et a Skinnera Forsteri ad Linnaeo filio ad Fuchsiam relata, quam a Fuchsia Linnaei in Generibus plantarum Holmiae 1764. e data descriptione cuique patet. Calyx enim non quadrifidus, infundibuliformis deciduus, ~~et~~ Corolla tetrapetala, ~~et~~ Bacca antherae didymae quadrilocularis ut habet ~~tum~~ Plum. et Jussiaei et Forsteri, nec ~~Stigma simplex~~ corolla octofida laciniis alternis inferioribus et Stigma simplex ut tradit Linnaeus. Genus itaque esse distinctum non dubito, quod nomine amici optimi et botanici celeberrimi Henr. Ad: Schraderi auctoris Spicilegio florae germanicae condecorare volui. Prope Loranthum collocanda. Observata Ryani in loco natali, uti plantam descriptam illustrantia, hic addere libet

Planta parasitica radicum arborum, caule sublignoso, plerumque parum